

Casa

Gab.

Est.

Tab.

N.^o

3

11

6

COMME^N
TARII RERVM GESTARVM
in India citra Gangem a Lusitanis
anno . 1539. autore Damiano
a Goes Equite Lusitano:



Louani ex officina Rutgeri Reschii,
An. M.D. XXXIX.
Men. Sep.



DAMIANVS
A GOBS EQVES LVSITANVS
Petro Bembo sacrosanctæ Ecclesiæ
Romanæ Cardinali
S. P. D.

VID tibi pro assidua tua in me dignissime
Cardinalis humanitate in literis tuis
proxime ad me missis, ostensa, referam, huius temporis non est, dabitur aliquando iuxta nostram tenuitatem. Nunc vero mitto id, quod gratum scio tibi fore, historiæq; nobilissimæ Reipub. Venetæ, quam cum maxima tua adsutura gloria, in manibus habes, forsitan etiam coaptabile. Quantum delecteris gestis nostrorum Lusitanorum non me fugit, præfertim illis, quæ pro bono sacerdotiæ sanctæ fidei nostræ geruntur. Id sane quod facis, tanquam bonus fidusq; patricius Venetus facis, non ignorans antiqua nostratrum cum vestris fœdera, amicitias, et beneficia hinc inde vicissim collata. Vtinam cæteri Christiani homines in tuā sententiam irent, & ex animo magis rebus nostris, q; faciunt, fauerent, ac opitularentur. atq; utinam non opitularentur, modo ne officiant, sed quod Rex, nostricq; cupiunt, ociosos se spectatores prebeat, interim dum nostri cum Mauris Tur-

A ii ciseq

DIENSIS OPPVGNATIO,

cisq; strenue depugnant. Cæterum quoniam haec magis videntur congruere declamationibus, q; e; pistolis, epistolam hanc, quam ad te scribere nitimus, iāq; aggrediemur, ad eāq; noso in cōserem⁹.

AGENS Patauij (vbi tua humanitate nulla causa, nulloq; merito interueniente, me totū tibi deuixisti) inter cetera, que ex Lusitania ad me perferebantur, accepi de bello Cambaico nonnulla, quae (vt petisti) ex Lusitanica lingua in Latinū sermonē conuersti. Postea vero Rex ille Cambaig, de quo tanta, & tam magnifica, & vera in nostra versione legisti, a nostris ob prodictionem, quā in Numinum a Cunha Proregem nostrum meditabatur, ex quadā triremi deiectus ante muros Dij, fortissimae ipsius Cambaiae regni ciuitatis, a quodam nauta, hasta inter natandum perfoissus est. Ex qua cede libere iam diu ipsa ciuitas subiacet imperio nostro, id quod atea facere reluctabatur, q; q; in eius fauicibus littoris arcem munitissimam habuissimus. Qua te peracta, intercedente temporis, classis Turcica ad ciuitatē appulit, vt nostros expelleret. Quā classem Imperator Turcarū innumerabilibus lumentibus, ipsius interficti Regis (vt compertū est) atq; eiudem magno adhortatu, in sinu Arabico instrui iussérat, vt ex sequentibus latius intelliges, Iure aut belli ipse Turcarū Imperator Cay⁹

PERIDAMIANVM A GOES.

tor Cayrū, cæterasq; Sultani pruincias (vt nostis) occupauit, atq; vna cu regno curā, qua ppetuo Sultanus angebatur, suscepit, nēpe vt Lusitanos oī cōtentioē ex India pfigaret. Ad id materiā ex lōgiq; q; plagiis colligi iussit, illāq; sumptu inestimabili ad mare Rubri vchendā curauit. Atq; in Suezij portu eiusclē sinus, naues aedificare instrucrēq; ap parat, cuius machine Architectus quidā Genueñ, erat, huius artis (vt fertur) peritissimus: Habet etiam multos alios opifices Christianos, quos hinc inde munib; pellecerat. Cui classi pfectū quendam Bassam Præpositū Cayri, nomine Solimanū, peritissimū exercitus ducē. Classis aut̄ constabat sexaginta tribus triremib; quare vnaquęq; habebat viginti sex transtra, sex magnis rostratis (quas Galleones vocamus) duabus ingentibus onerarijs naubib; sex biremib; atq; viginti actuaris, celocibus q; plurimis. Erat pterea classis instruta viginti milib; hominū, inter quos quatuor milia Cenicerorū, quos Rhomgos etiā appellam⁹, numerabantur, ceteri milites Turcæ, nautes, atq; bō bardarij erant. Insuper armabatur classis maximō tormentorum numero, inter quae erant quadriginta, quos basiliscos appellant, qui globum ferreum emittunt nonaginta librarum. Hæc omnia de classis apparatu, comperta nostri habuerat quibusdam Turcis, quos in bello ceperant,

Soluit

DIENSIS OPPVGNATIO,

Soluit haec ingens , & ad omnem naumachiam
ornata classis Suezio , versus Indiam , sub finem
Iunij anni millesimi quingentesimi trigesimi octa-
ui , & vi interceptis aliquot mercatorum nauibus ,
quibus commeatu oneratis , atq; ex eis nonnullis
nautis , ad remigium edoctis (reluctatibus tamen)
triremibus concessis , anchoris sublatis , quinto Iu-
ni , Adenam contendit , quae ciuitas adiacet frcto
sinus Arabici , & decimo quinto eiusdem mensis ,
ad quendam locum aquationi idoneum appulit ,
quadraginta milibus passuum distatm ab Ade-
na . Ibidem anchoris fixis , Solimanus Baxa classis
prefectus , literas Imperatoris Turcarum de pace
ad Regē Adenēn. mittit , atq; ex aureo panno tala-
rem vestem , legatisq; in mandatis dedit , Turca-
rum Imperatorem suū dominum classem illā ipsi
dono mittere , vt eam suo imperio consilijq; grad o-
mnia parentem gubernaret , leq; ea de cœla Indiā
petitum , vt Lusitanos inde excluderet , homines
Maomeithang fidei infensissimos , ad quam ex-
peditionē se nihil aliud ab illo postulare , q; carnes
& ligna . Quippe cæteris rebus atq; commeati-
bus classis abude instructa erat . Hæc omnia Rex
Adenensis (quancq; Regis tunc nostri Lusitanæ
tributarius esset , cui singulis annis , scedere per-
cuso ab Hectore a Sylveira , decem milia du-
catorum persoluebat) gratissimo animo acce-
pit ,

PER DAMIANVM A GOES.

pit , legatisq; respondit , eius aduentum sibi pero-
ptatum esse , cui libere omnia , tum ad classem , tum
ad militem necessaria pollicebatur . His spacio
septem dierum transactis , Solimanus classem mo-
uere iubet . Vbi vero ad portū Adenensem peruen-
tum est , inibi sub anchora moram faciens , applau-
dentibus omnibus , tanquam verus amicus acce-
ptus est . Rex ad eum magnates aliquot mittit , vt
aduentui eius gratularentur . Qui ex mandato ,
Solimano significauerunt , gratissimum fore Regi ,
si in terram descenderet , vti ciuitatē sibi obtempe-
rantissimā oculis cerneret , vbi pro dignitate atq;
officio eū in sua Regia tractare posset . Ad hęc So-
limanus . Dicite inquit Regi , me nō despicer ma-
gnifica eius oblata . Veruntamē nausea lentig , et
nauigationis molestia , ita adhuc me affligi , vt ante
biduum nihil de me audeam polliceri . At vbi con-
valuero , recta ad eius amplexum proficiscar . Ita
dimissis legatis , mox a tergo sequuntur trecenti
milites , praetextu visendiæ ciuitatis . Postea Soli-
manus , vt ad finem telæ , quam mente orsus erat
perueniret , familiarem quendam suum ad Regem
mittit , indicans se scire militum insolentiam . At
quoniam h̄i trecenti per ciuitatem uagarietur , quos ,
nisi receptui canere iuberet , ad naues se recipere nō
posse . cui (ita ut insolentissimi erant) nisi uela da-
ret , id quod tūc facere nefas erat , nō credebat ob-
tempe-

DIENSIS OPPVGNATIO,

temperatu*ros*. Sed ut o*nibus* difficultatibus occur*rat*, pollicet se mox ad eū misurum certū vetera*nos*, quorum autoritate ceteri terre*reāt*ur. His Rex, nihil mali suspic*ts*, corporis sui, atq*e* Regis custodi*am* commisit. Sequenti vero die duo milia militū et classe dissimulata proditione ciuitatem petunt. Qui vbi ciuitatem perspectam, atq*e* eius fortiora loca explorata haberent, veterani se adiunxere, quae res ilico animunt Regis perculit. Postero ve*ro* die ante diluculum legatum misit maiorib*us* copijs instructum, qui Regē prae*testu* amiciti*g* hor*tare*tur, vt cum aliquibus ludorum magnatum, Solimanum adhuc agrotum visat, atq*e* salutet. Id tametsi periculum, & proditionem ante oculos ponere videbatur, coactus est facere. Itaq*e* ad Solimanum ducitur, ceteris milium copijs, in ciuitate iam pro praesidio remanentibus. Is igitur prætoria nau ad Solimanum perdu*c*t*9*, regia plane libertate in dicendo vsus est. Dic quae*lo* Solimane, cur me tantum principem, Imperatori tuo, tibiq*e* deditissimū, ad te, fraude, techniq*s*, tanq*e* maleficum, iussisti captiuum addue*c*t*9*. Cui Solimanus, superbia presentis potentiae elatus, Nō te put*det*, me Proregem potentissimi Turcarum Imperatoris ante ciuitatem tuam stationem f*aci*entem, per totum triduum non inuisere! Ad hanc Rex, si Turcarum Imperator hic adesset, nec ego de*s*

fuis*s*

PER DAMIANVM A COES.

fuissem officio meo, nec ipse*c* ita vt est clemens in me uteretur fraude, calliditate, atq*e* virulēt*ia*, qua tu mecum usus es. Habes me modo in tua potestate, quod sane nō euenisset, si phaleratis verbis tuis me, regnumq*e* meum non cōmisiss*em*. Estenī Adena ciuitas, quae hostem armati aperto marte nō metuit, at a fraude calumniae quis præcaue*re* posset. Satia te homo priuate, fortunæ casu ad honorem prouecte, sanguine regio, ab Atauis regib*us* edito. Peribit modo (uti video) infidelis ty*ranni* iussu, regium fidumq*e* corpus, attamen iur*tus* Adenen*s*um, stirpsq*e* eorum nobilissimorum regū, nuncq*e* te viuente peribit. Hac eū libertate sum, extemplo Solimanus in antēna nauis suspēdio tradi iussit, cui associari fecit quatuor ipsius regni Magnates, qui cum eo ex ciuitate etiam capitui venerāt, hæc inquiēs iussu domini sui propter ea facere, quod Lusitanis nō modo esset confoederati, sed etiam tributū soluerent. Quam gētem ex India, atq*e* eorū amicos penitus extirpari uolebat. Cede regis facta, ciuitas admodū opulēta præd*e* patuit. Comeatu deinde accepto, relictis prælidiis duob*us* milib*us* militū, significās Solimanū ciuib*s*, maxime debere ipsos deo gratias agere, q*uod* eos liberasset a tyrannide Lusitanorū, vt benigno Turcarū Imperatori inseruirēt, Indiā versus sub finē Iulij uela dare iubet. In qua navigatione octo

B

v*el*

DIENSIS OPPVGNATIO

vel decē biremes, atq; actuarias naues, propter hys
emis tēpestates (est enim in illis prouincijs hyems
eo tempore, quo apud nos aestas) amiserunt. qua-
rum pars perijt, pars fluctibus ad lietus Indicum,
Mallabarem versus est expulsa, quae ab aliquibus
nostris nauibus deprehēs, partim intercepta, par-
tim euerse fuerunt. Hæc autem, que haec tenus nar-
rauim⁹, nostri a quiqusdam Turcis, quos in ipsius
natib⁹ viuos ceperunt, intellexere. Est vero Mal-
labar prouincia, in qua sita sunt Regna Calecutij,
Cananorij, & Cochini, et alia. Cui⁹ litoris regno-
rūc⁹ antiquorum nominum in historia belli Cam-
baici⁹ quam, si deo placet, a principio aduentus no-
strorum in Indiam, aliquando in lucem sumus da-
turi) latiorem narrationem faciem⁹. Ita igitur na-
uigando, Solimanus cum classe sua, dum pridie
Nonas Septembbris appulit, & cum ad iactum B6
bardæ munit se proximum fecisset, exonerati cir-
citer viginti magna tormenta iubet. Noſtripar pa-
xi referentes, duas critemes Turcarum euerunt.
Qua subita clade consternati, illi pedem retulere,
& ad quendam fluuium sedecim milia passuum di-
stante a Dio, cui nomen fab⁹ portus ē, se recepero.
Inib⁹ expectauere classem atq; militem prouinciæ
Cambaicæ, quam occisus Rex ad nostros ex Dio
profligandos, ante suam caedem in aduētum Tur-
carum curauerat parati. Mercatores atq; oppida

PER DAMIANVM A GOES:

ni subito se fugae mandarunt, ita vt intra biduum
ciuitas tota Diu facta sit deserta. Lusitanii, qui etiā
per ciuitatem vagabantur, in arcem confugerunt.
dux arcis nomine Antonius a Sylueira, vir sumis-
mo loco nat⁹, magni aī, ingenijc⁹ (virtute vero &
prudētia fratre suo felicissimorū Ludouico a Syl-
ueira Comite a Sortelha nō inferior) oīa ad defen-
sionem obsidionis necessaria disponit. Habebat Lu-
sitanos septingentos, inter quos ducenti viti nobis
leserant. Nilil deerat defensioni, præter bombardū
dicū puluerem, cuius tantum sexaginta milia pō
dō habebat, & tria vasa pulueris manualium (vt
vocant) bombardarum. Deerant etiam pro tantis
hostium copijs, milites, nisi nostri suorū paucitatē
virtute penlausserent. Interea loci, duo duces regni
Cabaicæ, Solimano associati sunt, cū quadraginta
nauibus, singulis, remige & milite ad dimicandū
optime instrūctis. Ecce adhuc ali⁹ dux terrestrī co-
pias comitatus viginti milibus militū, q; vocabat
Roget⁹ Gofarus, nat⁹ matre Turca, et patre Chri-
stiano orto in Xio insula, cuius opificium fuerat
rimas nauium obturare. Fuerat hic Roetus Re-
gi Cambaicæ, dum viueret, dilectissimus. His co-
pijs terrestribus nauibusq; cum Turcis cōfuna-
ctis, illico Solimanus admoueri classem, & ante
muros Dij, ad iētū bombardæ figi anchorā iubet,
atq; subito ex natib⁹ quinque milia militum pre-
mittit, et centū quīquaginta tormenta bellica, inter

DIENSIS OPPVGNATIO,

quæ viginti mirè magnitudinis erant. quorū queq; globū ferreū non agita pôdo ejusdem, et quicq; alia lapideum globum, septem palmarū crassitudine. Interī dū toraēta vehūtur, unū ī litoris arena sub mersūst, nec amplius apparuit. Cū primum ī ter rā descēdissent milites, illico se exercitu Rogeti ad iunxere. Sequenti die nullo adhuc timore territi, sed fiducia multitudinis elati, nullo ordine scrutato prope iauros arcis aliquot domos, in quibus adhuc habebat nostri magnā frumentorū copiā ueniūt deprædatū. Dux noster Antoni⁹ a Sylcera cū eos perspexisset in loco ad eodem faciendū commodo, iussit exonerari tormenta aliquot, directa in eam partem, qua grassabantur. & primo ī tu corū desiderati sūt ultra centū & quinquaginta, ceteri sūbito se ex eo loco receperūt. Exemplo Turcae cū Rogeti militibus terreū aggerem prouoluūt, quæ moles instar mōtis paulatim magis ac magis fossē arcis admouebaēt, et sine noxa ulla hostes in proximo sistebar, atq; confestim latissimū vallum exercerunt. quod tignis bombicisq; sarcinis, quas in ciuitate inuenierunt, suffultum, ab īstib⁹ nostro rum tormentorum asservabat. Super hoc erecte sūt turreo octo, quibus arx a terrestri pte cigebat. has muniuerūt öni genere tormentoru⁹. & obsidione instructa, virib⁹, machinisq; önb⁹ adhibitis, aq; tū a stationib⁹, tū a naualibus tentare. no-

stri.

PER DAMIANVM A GOES

stri contra defendere. Habebant nostri citra arcem in ipsa ciuitate turreas duas, quarum una in scopulis litoris iuxta arcem, altera vero in noua ciuitate quæ Rhomēum appellatur, nomen inditū a Rho mēs, quasi Romanis, ita enī illi Geniceros uocat. His enī reges Cambaig hāc urbē construxere, cāq; a veteri urbe muro discluserūt, quo mercatores, ad uenaeq; ibi versarētur, nec oppidani militū, insolē tis inquietarētur. Prima turris seruabatur quin quaginta militibus. Secunda vero sexagita. Erat vtracq; munita omni re, & ad viētū & defensionē necessaria. Ab illa nouae vrbis turri, cui sexaginta milites præsidio erant, hostes laceſſiti, vt illa molestia liberarentur, ante eam vallū extruūt, ac duas turreas, quod vt cōmodius facerent, aedes magnificas quas dā, quæ turri adiacebant, īstib⁹ tormētorum deſciūt, atq; subito turrim, machinis, tormentis, amphoris, & globis igneis petūt, quo cermamine turris ab uno latere finditur, atq; ruinam minari coepit. Nostrorum eo die desiderati sunt quinq; ex hostibus plures. Sequenti vero die, cermamine redintegrato, yī tormētorum īstū turris in duas partes ita fissa est, vt ioffēsc tela per media turrim euaderent. Qua re ab hostibus perspecta, subito premittunt duo milia selectorum militū, vt turrim expugnarēt, qui a nostris non sine magna eorum clade, & dedecore repulsi sunt. Dum

haec.

DIENSIS OPPVGNATIO.

Dum hęc aguntur, tormentis arcis euerse sunt duę hostium triremes. Ex quibus solum tres Turcę nata tando euaserūt. Tres etiam triremes ita globis pforatae erant, ut nisi e vestigio alie eis succurrissent, funditus perirent, videntibus adhuc hostibus hos qui turrim seruabant, de defensōe cogitare, ne ab ipsorum globis maiorem cladem acciperent, ad eos, legatos de deditione mittūt, eisq; vitā, et bona fala pōllicentur. Qua legatione audita, triginta cōsū (labes Lusitanorum sanguinis) se dedidere, qui violata a Turcīs fide, in triremes colligati & capiūt coniecti sunt. Ceteri uero tanq; boni sacrosancti fidei nostrę propugnatores, repudiata conditio ne, aliosq; quod se infideliter deleruissent, reprehendentes, dimicādo (vt viros Lusitanos decebat) multos Turcas interficiendo, omnes ad vnu oceabuere. Dum hęc agerentur, Antonius a Syluestra, celocē ad Proregem Indię Nonum a Cunha, expedit, qui tunc temporis Goę agebat (distat enī Goa a Dio vltra octingenta milia pass.) In quo statu res essent per literas ostendit, puluerem tormentorum maxime deficere affirmat. Que celox a naualibus arcis soluta classem hostiū penetrans, a quibusdā celocibus inseciatiōne patitur. Quare vna ceteris agilior, & sedecim milibus paſlūtum antecedens nostram contendebat comprehendere. Nostri vero, eam tanta distantia ab reliquis se-

mo-

PER DAMIANVM A GOES.

motam videntes, reflexo cursu recta obuiam tensunt, omnesq; quotquot erant, dimicando interficiunt, excepto uno ex Apulia, qui a fide nostra desidererat, quem secum captiuum duxerunt, ac ce locem perforatam evertunt. Cum Goam appulissent, statim se Prorex ad subsidium componit, eae locē remittit, indicās se (deo adiutore) breui fortis militum & nauium manu adfuturum, & vt oēm casum (ita vt prudens erat) infortniumq; praeueniret, quippe totā classē subito parare nequishabat, sedecim liburnicē subito, ex arido in mare du cūnt, quibus singulis, nobilē & selectū ducē prese cit, & preter remiges & tormentarios, quindecī triarios milites, vnicuiq; duci tradidit, q̄s oēs multis muneribus affectit, pluraq; ijs, si viui euaderet, pollicit⁹ est, siā minus, filijs, vxoribus, amicisq; ipso rum, oīa promissa, sancte iuravit conseruatum esse. Itaq; omnes ilico ad iter composite, onustaque solummodo puluere & incendiarijs fumibus, quibus flūnas bombardis injiciunt & litoribus soluunt. Pridie vero Nonas Octobris acrius solito. Turcę arcem oppugnare, terra maris operibus, & machinis vndiq; inuadentes, quę pugna vscq; ad trigessimum eius mensis diem semp magis magisq; recruduit, nihilq; laxamēti datum obſcūlis, sed noctes & dies continuata oppugnatio est, nec uilla trāſht dies, qua nō hostes ī arcē exone rauerit trecentis, vel quadringenties sua maiora bcl.

DIENSIS OPPVGNATIO.

bellica tormenta. Ad hæc singulis diebus nostros extra arcem ad pugnam prouocabant, nostri, q̄q; numero multo inferiores erant, virtute tamen eos superare nitebantur, rursus ac rursus per arcis anfractus, ad vallum, & ad eorum turres vsc; exilientes, cuniculis eos oppugnabat, plurimos interficiens. Interea temporis ex assidua tormentorū incitatione, omnes arcis pinnae turriumq; collabuntur, ita vt nostris superne locus nō esset, vnde tuto i hostes iaceret lapides, pila, aliaq; tela. Postea vero vna ex arce turris ad imum vsc; cōcidit, qua parte cum nullæ munitiones obstarerit, hostes öni adhibita diligentia, arcem ingredi viriliter tentabant. Nostrī vero repugnantes trabibus, tignis, vallisq; vallū pro defensione diruti loci erigunt, propugnaculaq; super moenia istruūt, quibus rebus nostri vteunq; se tuebantur. Hostes vero mis̄is modis contra nitētes, munitiones nostras pefundare, uiribus redintegratis, conabātur, globos, sagittasq; igneas in vallū demittentes, ipsi etiam saepius ad vallū, nostris acriter obſistentibus, peruenere. Quæ oppugnatio singulis diebus bis agebatur, mane, & vesperi. Dux Antonius a Sylucira assiduā pertinacā hostiū cōsiderās, super cadauer collapſe turris tabulatum, pro defensione cōpactum, iubet erigi. A tergo ilico ignem ex piēa materia, atidiscq; lignis struit, qui magno incēdio, noctu,

PER DAMIANVM A COES.

noctu, mane, vesperiq; ardebat, interdiu minime incendebatur, quippe ardor solis, & calor combustus materiæ satis per se ingressum hostibus intercludebat. Qui considerantes ignis rapidissimum ardorem, harpagonibus ferreis ad focum contendunt, & omnem materiam, quam nostri alimentis ignis tradebant, cripiebāt. Antonius Dux contra alios harpagonas excogitat, quibus erant longissima hastilia, his Turcarum harpagonas apprehendit. Turcae igitur videntes se nihil proficeret, ab hoc oppugnationis genere desistunt. Nulla fuit dies post turris lapsum, quin ex nostris quinq; sexue ceciderint, præter vulneratos, & ab igne amputati plurimi. xiii. Calend. Novemb. ante ortū soles, ecce speculatores nostri magnas scaphas, quas barchas appellant, quæ remis agebantur, ante muros turris nostræ, quæ quinquaginta militibus asseruabaſ, vt antea diximus, vident, præterea octo triremes, quæ naues omnes constipatae erant militate, scalisq; & alijs machinis ad turrim oppugnandas appolitis. Dux arcis Antoni⁹ a Sylucira, subito ab illo latere, cui turris proximior erat, aliquot magna tormenta iussit deportari, inibiq; ducentos Arcubutarios, vt vocant, reposuit. Ex quo loco cum primum hostes turrim oppugnare ceperunt,

C runt,

DIENSISS OPPVGNATIO

runt ictibus tormentorum, quatuor scaphae a nostris evertuntur, atq; iaculationibus felopetorum multi hostium intericiuntur. Milites vero quinq; q;aginta, qui in turre presidio erant, fortiter resistentes, multos interficiunt, ex quibus unus tantum decesseratus est, duodecim vulnerari. Illo die cum nihil promouissent Turcs, sequenti fortiore militia manu reuertuntur, constipati triginta tribus scaphis, decem tricembus, & multis machinis oppugnationi accommodis. Milites qui designati erant ad muros turtis conseruendos (quorum numerus ingens erat) omnes vestiebantur rubro panno, ut ex ceteris dignoscerentur. Incepto autem proelio, mira arte studioq; turrim condescendere conabantur hostes. Rursus ij, qui ex quinquaginta propropugnaculo integri adhuc seruabantur, viriliter obitabant, hostes per scalas, quas iam affixas muris habebant, praeципitantes. Preterea nostri, ex aree opportunitate perspecta, tormenta exonerant, vnamq; tricemem, & multas scaphas funditus evertunt, ex qua clade ferme omnes scalae & machinae dilaceratae sunt, quae postea a nostris super aquas fluctuantes receptae sunt, & in aream comportatae. Hostes videntes ob oculos praesentem clamorem, mareq; sanguine suorum tinctum, atq; multos lejos, & igne combustos, examinati plane a certamai

PER DAMIANVM A GOES:

tamine destitere, & de loco pedem retulere. Subito aliquot nostrorum ex aree ad ostium, p; quod ad mare itur, erumpunt, paruasq; scaphas considunt, vt hostium spolia per aquas fluctuantia, exciperent, inter quae tres milites Turcas, praeter alios quos in ipsis aquis taetatos hastis perfoderunt, viuos capiunt. Ex quibus Dux Antonius a Sylueira, nonnulla hostium secreta percepit. Illis duobus diebus interfecti sunt plures q; octingenti Turce. Ex nostris (Deo gratia) pauci fuerint vel occisi, vel vulnerati. Interea arxa stationibus Turcarum globis, sagittisq; petebatur. Quoru valla tam propinqua erant nostris muris, vt de turrib; in ea spheras cupasq; nostri deuoluerint. Triduo a Turtis dimicatione, Antonius a Sylueira, videns tempore pomeridianio, ex arcis pinis hostes, siue ex latitudine, siue ex ingenti solis ardore, ab opere solito remissiores, quietique se mandantes, subito centum & quinquaginta selectos milites, per fossae secretiora loca emitit, qui tanta astutia & diligentia usi sunt, vt ad eorum usq; castra peruenient, pluresq; ducentis & sexaginta Turcas inibi occiderint, multosq; spathis, globulis, hastisq; vulneribus afficerint. Denique toto exercitu commoto, & ad vim propulsandam consurgente, in aream se receperunt.

DIENSIS OPPVGNATIO,

Perierūt ex nostris inter innumerabilem illā hoīm colluuiem tantum tres, vulnerati fuerunt sex. Eo die inuenta sunt in fossa arcis diuersorum instru-
mentorū genera, quæ præterita nocte Turc⁹ ibi-
dem reposuere ad muros in sequentem oppugna-
tionem educendos, refodiendoc⁹. Quia re peripe-
cta, subito Antonius a Sylueira sub pluteis in ipsā
fossam quadraginta Accubutariorū producit, qui
magnam cladēm hostibus exilientib⁹ inferebāt.
Itaq; illa pars fossæ defendebatur, nec in eam deli-
lire aliquis hostium ad tempus ausus est. Dum hæc
aguntur. Dux Antonius a Sylueira videns discri-
men, in quo versabatur, ex arcis æstuarijs celocom
productam ad Proregem Nonium a Cunha mit-
tit, subsidium implorat, affirmans (tua vt res erat)
circiter centum milites iam perisse, ducentos vero
aut vulneratos, aut igne ambustos esse. Quib⁹ au-
ditis a Gratiano a Naronha, qui. 3. Idus Septemb.
in Indiam jā Prorex designatus appulerat, cui No-
nius a Cunha iam cellarat loco, nolēs amplius ex-
pectare classēs, quæ in hore ad regionē turandā
Charmandelij & sinus Perfici versabantur, subito
aliquibus navibus, ex eis quas fecū ex Lusitania du-
xerat, quæ numero tredecim erat, & cum illis quas
Nonius a Cunha, ante ipsi⁹ aduentū instruxerat, se
ad nauigationē cōponit. Nauū autem catalogus
hic erat, Duodecim magna oneranīe, sedecim ro-
stra.

PER DAMIANVM A GOES

stratae, quas Galleones vocamus, quarum nonnul-
lae ingenti forma, & admodum validæ erant, vi-
ginti & quinque agiles naues, quas Carauellas dici-
mus, quo genere nauium soli Lusitani vtuntur. vi
ginti & nouem triremes, habentes vnaquæcumq; virgin-
ti & sex transtra, quindecim actuarie, & viginti
celoces, hec omnes ad dimicationem paratae erant,
atque inq; numero tormentorum instructæ. Ade-
rant & aliae quæ commeatum ferebant. Habebat
præterea præter nautas & remiges, milites Lusita-
nos quinques mille, et nobiles Mallabares, q̄s Na-
jares vocant, octies mille in arte gladiatoria versa-
tissimos. Quibus cū copijs, anchoris sublatis, Dū
versus nauigare ccepit. Nonius a Cunha postea il-
linc soluit, in Lusitaniam nauigaturus, in itinere
vero, iniquo fato, apud Caput bonę spei diem suū
obit. Piscibus, turgidoq; mari eius cadauer, qui vi-
tra decennium, Imperium Orientis, nomine Re-
gis sui gesserat, traditur. Quæ mors non illi fuit
noxia, quoniam sciebat se ad feliciorē vitam mi-
graturum, sed nobis Lusitanis. Etenim amabatur
ab omnibus, & tanq; unus regni oculus. deoscula-
batur. Anteq; ex portu solueret Gratianus a No-
ronha, literas Emanuelis a Brito ducis Chalij, in
regno Calequi accipit, quibus significabat aduen-
tus ad Regem Calecutij, celocom, cum legato So-
limani Ballij ducis Turcarum clas̄is, qui a Mao-
me

DIENSIS OPPVNATIO.

methanis in ipso regno agentibus, miris honorib⁹
fuerat acceptus, præsertim a quedam duce ipsius re-
gis Calcutij Macmethano, noīc Paquemaquaro,
qui eū ad regē vsc⁹ comitatus est. In cuius conspe-
ctu concisa oratione ita orsus est. Rex inclite, So-
limanus Bassa, a potentissimo, iniunctissimoque
Turacrum Imperatore Prorex modo super Ins-
dos designatus, te plurimum saluere iubet, indicis
se hac sola de causa, huc nomine principis sui ven-
turum, ut natione Lusitanorum deleta, si cius in-
signia, fidemq; suscipere velis, te regnac⁹ tua am-
pliora, validiora q; facturum. Haec locutus, ei no-
mine Turcarum Imperatoris talarem ex auro pā
no vestem, Brachas, atq; pileum in signum scde-
ris effert. Tunc Rex toruo, truculentooq; aspectū,
inquit, nec moris, nec confuetudinis Imperatorum
Calcutij (vocant enim antiquitus se Reges Cal-
cutij Imperatores) fuit, nec erit, dona accipere, sed
dare, nec regna sua peregrinis copijs dilatare, sed
proprijs, atq; expulsois Reges, regnis suis resistue-
re. Proinde, nobilitatem altantem respiciens, Vos
hunc proripite, eumq; cum duce Paquemaquaro,
præcipitē in ergastulū perudite, imbiq; stulticitq;
lupbieq; sui Imperatoris, & ducis penas luant.
Quibus peractis, illico Rex legatos ad Duxem Es-
manuelem a Brito mittit, per quos pacem, quam
frequenter antea violauerat, perit, eamq; se sanctissime
deinceps culturū promittit, quam imperatā

per

PER DAMIANVM A GOES.

per omnes suæ ditiōis ciuitates promulgari iubet.
Quæ res omnibus nostris & grata, & perutilis fu-
it, præsertim tēpore tā dubio, in quo ab ipso, vt a
vicino & potente hoste, potius erat expectāda in-
commoda, q̄ emolumenta. Est autem iste potens
Calcutij Rex nobis persepe infestus, raro atq; te-
nuiter amicus, idq; adeo propter infrāctam ami-
citiam inter nos, & Regem Cochini (psius antiquū
hostem) a primis annis, ex quo nostri Indiam in-
cepérunt frequentare, initam. Est vero Cochinchina
oppidum, vnde totum regnum nomen caput, in q̄
Proreges Lusitanæ Regis, diuturniorem sedē ha-
bent, & inibi omnes naues in Lusitaniam, siue in
alias prouincias proficiscentes instruūt. Hic igit̄
Rex Cochini, cum primum aduentum Turcarū
in Indiam intellexit, omnes sui regni nobiles, quos
Naiares vocant, ad se accessi iubet. Quibus cōgre-
gatis, oēs in vnū eorū sacratius tēplum (qd' Pago-
des nominat) venire edicit, ibi veterē, fidāq; Lusi-
tanorū amicitiā in mentē eis redigit, cōmoda q̄ nō
tantū ab ipso peculiariter, sed a toto q̄q; regno ac-
cepta, enumerat. Cōcioneq; sacta oēs ad vnū vīq;
generatim, iurciurando, man⁹ sup quoddā Idōiū
(qd' pro summo numine habent) ponentes, se vna-
nimiter, sancteq; Lusitanis inservire, paratos esse
affirmant. Qua fide a rege peripecta, illis totius
regni aeraria communicaturum se pollicetur.
Itemque & pari modo fecit Rex Cananori.

Hostes

DIENSIS OPPVGNATIO.

Hostes vero qui arcem Diensem oppugnabant, vi dentes se nihil proficere, omni adhibita diligentia, alia ratione, alijsue studijs, eandem expugnare cō tendunt, aggerem producunt, & vallum afferib⁹, tignisq; quoquo versus uestitum, tantæ altitudi nis constituit, vt ex eo facile erat intus prospice re, & quæ nostri ageret, speculari. Hoc, quo ille sum aduerlus ignem tormentaq; existeret, omni gene re materiae cōmunierunt. Addunt pontes, aliaſq; machinas, quibus iā arcem descendenterent. Hac oia a nostris, quatenus fieri dabatur, perturbabantur. Tandē tertio Cal. Nouēb. Turcae videntes ex oī certamine cōtinuam sibi cladem illatam, quasi des peratione deducti, ad extremam pugnam penitus se componunt. In cuius diei nocte de secunda vigilia, a nostris, pr̄ter solitum, gressus, iumor, & ho minum e castris ad vallum accendentium, continui aditus audiuntur. Quod ubi animaduersum est, magnis ignibus factis, prospicunt exarce irgētia mancipiorum agmina scalas machinaſq; compor tare. Quæ omnia ad radices murorum, tacito fu ſurro, humi reclinata deponabant. Quæ insolita signa fatis indicabant acriorem solito, dimicationē sperandam esse. Quibus rebus perculsus Antoni⁹ a Sylueira, milites omnes cōuocat, quibus fidem, natuum solum, Regem, vxores, filios, parētes, amicos, patrię longinquitatem, atq; Turcarum p̄f diam,

PER DAMIANVM A COES.

diam, paulo ante omnibus perspectam, commemo rat, singulatimq; ab atauis gentilicia omnium facta renumerat. Pro quibus omnibus deprecari coepit, vt potius mori malint, instar suorum ma iorum, q̄ in manus cruentorum hostium se tra dere. Commeabant enim ante hac crebrae Soli mani de deditione legationes, que non solum ab ipso Antonio receptæ nō fuere, sed ne auditæ quidem. Habita concione omnes ad infimum vſcq;, sacramento se obſtringūt, officio atq; fidei ſug nung defuturos. Quibus omnibus breui temporis spa cio peractis, mox vnicuiq; opus quod facere tene batur, imponit, quemq; locum tueri deberet, indi cat. Illa nocte nostrorum oculi ſomnum minime accepere, nec vigiliae distributæ fuere, sed vnuſquis q; de animæ ad ſuperos migratione, vel de corpo ris tutatione meditabatur, & omnia ad defensio nem instruebat, quatenus fieri poterat. & tempo ris ratio ſerebat. Sub diluculum eius dici, quæ Ca lende Nouembris erant, conſiderantur a nostris, ſecundum fluuiū tacito remigio pr̄erlabi quin quaginta magna ſcaphæ, quæ recta ad turrim, quā in fauibus litoris (vt dictum eſt) habemus, con tendunt. Hęc (vt poſtea ſcitur eſt) simulabant ho ſtes, vt n̄is illius lateris turris defenſioni incumbētibus, a terrefri parte in arcem prouerent. Qua rum cogitationum ſpē adducti, militem in insidijs,

DIENSIS OPPVGNATIO

a tergo valli tēpore nocturno constituūt, vt citius nostris inopinantibus p̄silirēt. Postea vero duodecim trīremes arcem versus, remigij facere conant̄, simulantes arcis oppugnationē, & fluuij ascēsum. At dux n̄r Antoni⁹ a Sylueira, hostib⁹ sagacior, iubet, vt a parte terrestri, oīa diligēter obseruent̄, & quod a maritima, nemo in scaphas, nec in triremes iictum paret, nisi ipso imperante. Illuecente die circiter tria milia hostiū, subito clamore, atq; tu-
barum clangore, in arcem irruunt, muros q̄p con-
scendunt. At nostri sese fortissime objiciunt, eosq; de moebus acri conflictu desciunt. Habebant il-
li multa vexilla rubra, viridia, & aliorum colo-
rum, inter quę vnum quadrati albi coloris erat,
boum caudis ornatū, qd̄ noīe Prophetæ sui Mao-
methis gestabāt. Perseuerauit hęc dimicatio ad spa-
cium vnius horæ, quo tpe hostes a nostris grauiter
Iēsi fuere, quorū multi igne cuparū ambulti, rabie
quadā capti, in mare spōte sese cōnjiebant, qv̄ fab
aquis opprelli, vel ex n̄is turrib⁹ arcubutoru iicti-
bus trāluerberati, ad vnu vsc̄p int̄cepti sunt. Hac
militū manu dissipata, cui extāte dimicatiōe nullū
subsidiū missū ē, subito alia ex castris, paulo ibe-
lior numero mittit, virtute tñ, exercitatiōe q̄p lōge
prēstātior, quę viriliter nostros aggressa ē. Milites
etiam vt alij, vexilla diuersorum colorum cerebāt.
Dux Antonius a Sylueira videns hostium virtus-

tem.

PER DAMIANVM A GOES:

tem, & latus in quod impetum fecerant admo-
dum infirmum, illico Paium Rodricum ab Arau-
io, cui secundus locus dignitate præatoria, in arce
tribuebatur, iubet ex fortiore turri, cui præerat,
se inde celerrime transferre, vt locus ferme iam op-
pressus, ab ipso defendetur. Qui constipatus
quadraginta militibus, & ceteris, qui locum de-
fendebant, admistus, in hostes audacter inuolat,
multosq; repellendo, feriendo, ac necando, iētu v-
nius arcubuti pereussus, subito ad pedes suorum
concidit, quod ducis auditui gratissimū fuit, at-
tamen repente ad eundem locum subsidio mittit
Emanuel a Vasquogomelos, quem triginta mi-
lites comitabantur. Noſtri vero iam in magno
discrimine uersabantur, multi intersecti, ac com-
plutes iēti, & igne læsi erant. Inter quos Mar-
tinus Vazeus Pachequus, & eius nepos Gabriel
Pachequus, & Antonius Mentius a Vasquogon-
celos, & alij uiri illustres, & ipsem Dux eius tur-
ris, in qua oppugnatio agebatur, quę est illa, quam
prius ostendimus iictibus tormentorum concidis-
se. Qui Emanuel ueniens se nostris miscuit, ac
simul conglomeratim impetum in hostes faciunt,
eosq; de turri, super quā diu steterāt, magna ipso-
rum strage deturbant. Interea temporis tormen-
ta n̄a, tam in uallum, & castra, q̄ in triremes, ac
alias naues, quę a parte maritima, turrim & ar-

D ii cem

DIENSIS OPPVGNATIO,

cem miris modis impetebat, exonerabatur, quorū
ictibus, & quasi fulminibus magnā cladem hostes
accipiebat. Pugnatum est vndiquaque ab hostibus,
& quasi corona in orbem dimicatum usque ad tem-
pus pomeridianum, in quo conficitur, cum a turri
depulsi essent, duplicato numero arcem aggrediū
tur. Erant iij omnes (ut compertum est) Gemceri,
& veterani milites Turcæ, & regni Cambaie, qui
numero ultra sex milia erant, in quibus reliquum
spei arcis expugnandæ reposuerat Solimanus.

Dux Antonius a Sylueira, qui omnibus arcis an-
gulis præsto erat, huc, illuc, viginti tantum militi-
bus constipatus, excurrens, audiens hostes non fo-
lum arcem aggressos, verum etiā muros, utque turs-
ris repagula lupasse, omni celeritate illuc festinat,
suos, atque hostes promiscue non super moenia, sed
in ipsa arcis area fluctuantes inuenit. Quo viso, e-
latus animi magnitudine, voce sublimi, inquit,
Mei Christiani, Lusitanique milites, mementote fi-
dei, patriæ, mecumque corpora instar martyrum
constanter pergitate sacrificare. His dictis, veluti leo
ore cruento, vibrato ense, in medium ceteruæ
se protrudit, huc, illucque iter aperiens, tuosque velu-
ti oves ex fauibus luporum etiopiens, hostes, ranque
pilam, eo, unde venerant, breui temporis spacio retu-
dit. Interim a parte littorali tormentis nostris tres
tremes euentuntur, vniusque puppis confringit.

Qua

PER DAMIANVM A GOES

Qui clade accepta hostes a nauali oppugnatione
ab tunere, interim tñ terrestre certamen magis ma-
gice vigebat, & magna contentione iterum in no-
stris impetus fit, quibus reluctantibus, exitit di-
micatio ad spacium quinque horarum, eo modo,
vt sepius nostri ab hostibus ad extreum areę re-
pellerentur, contra hostes a nostris reiacerentur ad
turrim usque, per quam ingressi erāt, quā ne transi-
rent, duo hostium duces, a calce ad verticem usque
armati, ad eius radices versabatur. A quibus oēs
milites Turcæ, & turri desilientes, aut aggredi eam
recusantes, spathis, quas utraque manu gerebat, tru-
cidabantur. Ii tamen a nostris ex arcis pinnis, icti-
b⁹ arcubitorum sepe petiti, tandem oppressi sunt.
Ab alijs etiam lateribus, in arcem, pila, & globos
igneos hostes deuoluebāt, a quibus mire nostri lesi
fuissent, nisi prouidentia sui ducis liberati essent,
qui nocte præterita, hoc timens, super testudines
turrium, maximam aquę copiam infundere iussit.
In qua nostri versantes, plantas pedum ab ardore
ignis illefas reseruabāt. Adeo promiscua fuit hæc
pugna, vt ex nostris multi glāde arcubitorum in
holte emissa arcubuto ipso per capulum arrepto,
capita hostium assiduis ictibus ferirent. Qua pu-
gna, sine aliqua intermissione perseverante, com-
pertum est vnum tormentum, quod camelum vo-
camus, vnum supra viginti ictus fecisse. Arcubu-
tarus

DIENSIS OPPVGNATIO

tarius erat, etiam inter nos trós, qui non agie supra centū globos in hostem misit. Demum, deo fave nte, nocte;q; interveniente, prælū dirimūt. Hostes se in castra magna strage accepta recipiunt, n̄is in ar ce nō minore iuxta numerū clade affectis. Desiderati nostri rū eo die fuerū septuaginta milites, inter quos decē nobiles numerabantur, trecenti vulne rati, alijsq; igne tacti, ita ut duodecim tantū reman serint a lēsiō immynes. Ex hostibus, vt apparuit, circiter tria milia supra quingentos cecidere, præ ter vulneratos & igne laesos. In quibus sepeliēdīs, totam illam noctem, & diem sequentē hostes impe diti fuerunt, quod nostri libere permittebant, nul lo iectu tormentorum emisso, vt scutore cadaverū carerent. Erat res incredibilis dictu videre capita, cerebra, brachia, tibias, intestina, ceteraq; corpo ris membra, quę in arcis fossa prostrata facebant. Praelio finito, iam profunda nocte, Dux Antoni⁹ a Sylucira, cū vidisset hostes amplius ad arcē expugnandam minime nití, nec ad eam aliqua machinā admouere, custodijs dispositis, oēs suos superstites cibo refici curauit, qui a ecena superioris noctis, ad horā illam usq; cibū nō sumperferant, quod spaciū erat ferme viginti trium horarū. Refectis autē ijs, & vulneribus ipsorū religatis, mortuisq; ope mā cipiorum, quę in are captiuā habebāt, sepultis, se nobilioribus, quas habebat, vestibus Dux Anto nius

PER DAMIANVM A GOES.

nī induit, ceterosq; itidē facere iubet. Quo factō, canere atq; saltare incipit, ceterisq; insequentib⁹, magnū clangorē, & vocū, & tubarū p totā noctē excitat. Id quidē agebāt, vt hostes crederēt ipsos eo aīo atq; virtute adhuc esse, qua in principio dimica tiōis fuerāt, quas qdē choreas dux ducēs iter ipsas saltatiōes, ac clangores, lachrymis p̄fusus, suos ad sequēs prælū, mēllifluis ybis hortabāt. q̄ q̄ certā calamitatē, si rursus arx oppugnarēt, ob paucitatē suorum, ac viri debilitatiē perspectam habe bant, singulibus, & cordiū palpitacione, lachry mis sui, fortissimi ducis, q̄ viuo, nihil timere cōsue uerant, inter canendū inseruiebāt, sanctissime alle uerātes, se in ultima dimicatiōe ea obstinatiōe ani morū pugnaturos, vt si Turca loco potiret, nō an tea pugnandi, q̄ viuēdī finē facturos, nec vñq; pas furos, vt viui in hostiū potestatem veniant, cedib⁹ & stragib⁹ vltionē suę mortis petiuros, eamq; victoriā hostibus luctuosissimā futuram, nō enim se in spem vitae, sed ad vindictam mortis certatu ros. Interim nostris in huiusmōi saltatiōib⁹, & cā tilenis impeditis, dux certis hoībus, qb⁹ maxie fide bat, iussit, vt ex tormētis maritimē parti adiacēti b⁹, vbi semp minus (ppē latus illud natura, erat munitū) iminebat piculi, puluis adimere, vt ex illo cupas ac globos igneos implerēt, quo in sequen tis diei dimicationem partem eam, qua arx ter ram spectat, munitiōrem tutioremc̄ haberent.

Omni;

DIENSIS OPPVGNATIO.

Omni iam maiorum tormentorum puluere carebant, preter eum, quo tum tormenta instructa erant, quo deficiente, nulla amplius spes defensiois erat. Hanc pulueris penuriam Dux Antonius semper penes se celata habuit, paucissimis exceptis, ne ab aliquo mancipiorum ex arce fugienti, hostes ea intelligeret. Hac nocte quidam Venetus nauta, pietate veri Christiani affectus, se ad nostros sursum in arcem contulit, qui indicauit Solimanum ob ingentem suorum ac classis facturam constituisse, nisi illo die, quo ter arcem tentaturus erat, tam superaret, castra amouere, nauesque condescendere, & Meccham versus nauigare. Quod iam magis co-
gebatur facere, ob atroce accepta strage. preterea narrabat, quod ipse Solimanus mire esset insensus Rogero occisi Regis Cabaiae Duci, a quo affercbat se circuuentum esse, quod saepius & coram, & per literas affirmasset, arcē minē firmā futurā, aduersus ipsi⁹ potentia⁹, secū habiturum omnes Reges Indiae aduersus Lusitanos, proptissimos socios. Nam illos vnanimi sententia ipsi⁹ pecumas ac copias venienti mittere constituisse. Quę oīa falsa ac fraudulenta inuenierat ipse Solimanus. Sed & multa plura dixit bonus ille transluga, quę postea vera inuenta fuere. Attamen nostri prot temporis ratione, eius verbis non magnam adhibebant fidem, tametsi hæc audientes animo nō nihil refocillarent, ac a-

liquid

PER DAMIANVM A COES.

liquid ab extrema illa desperatione remitterent. Proinde a suo opere non desistebant, vt si forte rur sus hostes ad pugnam redire evenisset, se defendarent. Nocte preterlapsa, dieq; progrediente, hostes (vt prius dictū est) in suis medendis. & sepeliēdis occupati fuere, nec ipsi a nostris, nec nostri ab ipsis petiti sunt. Sequenti vero nocte (Dei opera) ecce sedecim illę liburnicę, quas Noni⁹ a Cunha Pro-
rex miserat, aduentant, quę quatuor milibus pas-
suum a classe Turcica adhuc distantes, ducum con-
filio, in unaquamq; quatuor luculentas faces erigunt,
quę ob noctis obscuritatem visum hostium qua-
druplo fallebant, existimantes, pro ignium nyme-
ro, multitudinem nauium respondere. Hoc strata
gemate vī magna celeritate, clamoreq; edito, ac
tormētis omnibus crepantibus, impetum in clas-
sem hostium faciunt. Hostes vero falsa multitudi-
ne nauium perterriti, credentesq; nostri Proregis
classem, de qua dudum intellexerant, adeisse, fuge-
re mandant. Nostri interim nullo incommodo ac-
cepto, arcem magna omnium alacritate ingrediuntur.
Quibus rebus Solimanus quoq; perterritus,
nullo seruato ordine, omnia tormenta, comea-
tum, castraq; integra relinquēs, se multa nocte,
in naues cum suis recipit. Et tanra celeritate nau-
gare coepit, vt orto sole, nullum eius classis vesti-
gium appareret. Milites regni Cambaiae hęc vi-
dentes

DIENSIS OPPVGNATIO,
dentes, se extra insulam, fluuum tranantes, conser-
runt. Tantus fuit omnium terror ac timor, vt res
lictis plus millibus hominum vulneratorum, ac
igne lacerorum in castris, insuper millibus aliorum,
qui predandi gratia paulo ante ex castris discesser-
rant, fugerint, qui omnes ad unum postea ab inco-
lis, vt nobis gratificarentur, & vt turpia in ipsis
perpetrata facinora, vindicareret, trucidati sunt. No-
stri ex castris pugna, ingentia spolia, priuiter oia torneta
bellica, que circiter centu & quinquaginta numero
erant, obtinuerunt. Fuga ita tamen hostium facta, conse-
stim Antonius a Sylveira, celoem ad Proregem Gra-
tianum a Noronha mittit, eiq; res ibi gestas indicat,
que illi cū tota classe, cirtiter certu & sexaginta mi-
libus pass. adhuc a Dio distante inuenit. Quo nū-
cio exultantes, oēs gaudio magno affecti sunt, q̄q̄
Gratianus doleret se hostes ante portū nō repulisse,
vt eoru classem oppugnasset, atq; gloriā liberate
arcis obtinuisse. Nihilominus hæc dum accepit,
exemplo versus mare Rubrum, velum facere iu-
bet, ea intentione, vt profugos hostes, aut terra,
aut mari aggredere, quos Deus Opt. Max. ei cō-
cedat superare. De cuius nauigatione, &
itinoris ordine Rex noster potentissi-
mus, singulis diebus
nuncum ex-
pectat;

Huiusmodi multa sunt doctissime Bembe, que
quotidie a nostris in Africa, Asiaque pro sa-
cro sancta fide nostra agunt, que si Paulum Iouiu
Nouocomensem, virum (vt fatear) doctum, non
latuissent, ea quæ in sua Moschouitarum legatio-
ne, deceptus cuiusdam Pauli Centurionis Genue-
sis verbis, scribit, nunquam in lucem dedit, vbi
eundem Paulum iniurijs Lusitanorum accensum,
ita loquentem ingreditur, vt qui afficerat Lusita-
norum nauigationibus, non solum itinera reliquis
nationibus in Indiam intercludi, verum etiam o-
mnia aromata, inibi empta, ingenti quæstū Vlys-
sippone bona seruando, corruptaque prostituen-
do, venundari. Id autem non dabimus Pauli ver-
bis, vt hanc imposturam agnoscamus. Siquidem
singulis annis, a Regis nři negotiatoribus, oia ad
vni aromata, que ex India deportata fuerint, di-
uidunt. Nūq̄ enī inde tantū aromatum aduici, qui
facile vertente anno ab Europa absuma, ppter pi-
per, qđ in multis annos sine corruptione seruari
potest. Nec credo Paulū ob publicū bonū talia in
aīm induxisse, sed peculiari suo cōmodopluſum,
pter qđ, & ceterę quoq; nationes, nřae inuident
nauigationi, potius lucru affectantes, q̄ fidē, pietatē
q;. Porro nos id qđ negare fas nō ē, lucru etiā ex
nřis pegrinationibus quērim⁹, sine quo vix tota Eu-
ropa sustinere posset sūpt, quos quotidie facim⁹.

DIENSIS OPPVGNATIO,

Certe vel ob id laudari debemus, quod non vt in
ermes negotiatorum ad questum tantummodo aro
imat per Oceanum oberramus, vt mulce nati
ones Italiae, Hispaniae, Gallieq; antiquitus fecere,
& modo faciunt, sed exercitibus, classibus instru
cti maximo cum metu hostium non tam pomeria
nostrae ditionis, q; Christiane fidei prorogamus.
Nec, vt fallo multi opinantur, ex omnibus nostris
navigationibus lucrum elicimus, sed ex pluribus
pro religione dimicando, magnam hominum ac
pecuniarum iacturam facimus, vt in Mauritania,
& Atlantico littore, vbi pulsis ex Lusitania, mul
tis annis configedo, paucis nostrorum copijs, Ma
omethanis, deinde Castellanis, eorumq; socijs oī
bus, ac Gallis, unico prælio, in Tagi extremo (vt
vocant) ad Scalabitanum, cum eorum magna cla
de ab Rege Ioanne bona memorij, huius nomi
nis primo deuictis, ac paulo post cum eisdem Ca
stellanis pace inita, subito Abylam sive Ceiptam
celeberrimam ciuitatem occupauimus. Postea vero
Reges Fez Hesperidumq; multis conflictibus re
pulis, Tingidem, Argillam, Alcaceremq; deinde
prostratum Tutuanum, Asaphium, Castellu Re
gale, ac Assamorum, Titium & Massaganu ex
pugnauimus, & alia oppida, quæ ruinae tradita
sunt. Ex quibus locis omnibus nō solū nihil lucer
Regi nō accrescit, sed etiam ingens sumptus, &
nobis.

nobilium strages, quas perpetuo ibi in praesidio sacro
sancte fidei nostre habet. Vt tamen doctus Paulus Ioh
nivs ista cum ijs, quæ in Aethiopia a nostris geriu
tur perspecta habuisset, vbi nostro sermone poten
tissimus Rex Manicongri cū toto suo regno (quod
in longitudine tria millia millium pass. haber, in
latitudine ultra duo millia millium) fidem Chri
sti accepit, eaq; indies magis magisq; colit. Deinde
vtinā & id quoq; cognitu habuisset, quomodo in
oibus Ginnę ac Nigritarum regnis, quæ plurima
sunt, & ad montes Lunæ ferme usq; atq; in regnis
Zofalę, Benamataxę, Mocabiqui, Quilloę, Mon
baę, Melindi, et in alijs, atq; in insula diuina Laurę
tū. & usq; ad Arabicum sinū, licet eadē Christi si
dē p; nos prædicari, atq; in latissima Australi Bra
fillę plaga, vbi multas colonias nūc habemus. In
quibus regnis, multi ad ipsam verā veritatē, a nīs
cōcionatoribus p̄duciti sunt. Præterea nostris q; q;
armis & classibus fit, vt liceat cōdē nostris ma
gnis sumptibus oratores potissimum presbyteri Io
annis Aethiopū Imperatoris, tuto in aulā Romanā
cōmcare, ac principis sui verbis Romanū Pontif
cē, vt supremū Episcopū agnoscere, subditorūq;
obsequiū polliceri, id in mandatis habētes, vt se ca
tholicę ecclesię cōiungant. Res enī uero p̄clarā, pre
qua Deo grās maximas agere deberem⁹, si vere Chri
sti cultores essemus. Iā vt omittā, q; pacto nostri,
sepius sinū Arabicū perrantes, Suezū usq; puen
tint,

rint, oēsq; ferme litorales eius ciuitates quastrauerūt, ac tēpla Māom:thanore incēdijs absūpserint, nec id qdē sine ingētibus sūptibus, ac magna nostroru*m* iactura cōficit, quēsū p̄p nullo. Rursū q̄ regnū Adenū. nobis tributariū cū Fartaquoru*m* regno fecerimus, sūnq; Persicū i ditionē, iusq; nostrū sere totū redigerimus. Vbi regnū et insula Oromuzis, iā tanq; Lusitaniae legitima patrimonia sita sunt. Ad hēc regnū q̄q; Cambai*m*, a nobis hoc tpe supe ratū est, et cius firmissima ciuitas Diū occupatū. In q̄ loco ingē classis Sultani Babylonī, milite etiā Christiano instructissima, ac trecentis regis Cā bai*m* nauibus, quas attalaias vocamus, et quadrigita Regis Calecutij, quas Parahos nominat, ad uersus nos ueniēs, a Prorege Frācisco de Almeida
an. M.D. IX., p̄fligata est, pleriq; nauib⁹, aut captis, aut demersis cū ingēti hostiū clade. Quid hic referā Dacā, Cheul, Dabul, Bandā, ac Inlulam Goē, quē tota Christo patet. Postremo q̄ ad Reges Narasinge, Honori, Batecalle, Otis*m*, Deli, Cannori, Callequi, Calecutij, Cochini, Coulam, insulēq; Seylam, & ultra Gangē ad reges Bengalē Pegui, Syani, & ad magnā Malachae ciuitatē, quā primo Alſunsus de Albuquerq; Prorex ditioni nostræ adiecit cui etiā debem⁹ Oromuzis, ac Goē impiū & ad insulā Samatrā. A l Iauā quoq; minorē, & maiore, & ad insulas Bandē, Moluqui, & ad Bornēu. postremo ad Chinā, ad Legos de-

nīq;

niq; nationē vix aī hac cognitam, fidē Christi p̄ pagatam esse, qd̄ nostri nō cōstimandis laboribus obtinuerūt, quōs reges, et plures alij, quos omittō, multi se seruos regis nostri vocant. nōnulli tributariorū, & cōfederatos, alij amicos, apud q̄s, siue ex federatorū genere sunt, siue ex numero deditioire, ab Herculeis colunis usq; ad Chinā & Lequios p̄ oēs puincias maritimas, fides Christi celebrat̄, ita tamē, vt alibi id licet colloquijs & sermōibus, ali bi publicis cōcionibus, nonnullis in locis phara q̄q; & tēpla religiōi Christiana dedicarent. Nūc certe in oēm terrā exiuit sonus, & in fines orbis terrae verba eorum, & spes est longius sensim ad mediterranea, fidē Christi, p̄pagatū iri, & Christo fauore, & nostroni prædicatione. Quib⁹ rebus oībus cōsideratis, & q̄ Rex noster a principio na uigationis nostrę in Indiā, cogat ppetuo alere, tam in Mauritania, q̄ in ipsis Indijs, & in alijs quoq; puincijs, ordinariū & ppetuū exercitū. XX. fer me milliū militū, quos sumpt⁹ domesticis opibus tolerat, nullis ad hoe ab amicis auxilijs corrōgatis. His adjice classēm plusq; trecentarū omnis gnis nauū, quas nunq; otiosas, sed in ppetuis expeditiōib⁹ occupatas habet, vt iā nō enumerē extraordinarios sumpt⁹, quos ad subita bella facere cogit, nā quē supius recēsui, impēle pacis & tranquillitatis sunt, nō bellōe, quae subinde alijs ac alijs in locis gerēda sūt, dū aut fines tueſ, aut socios p̄tegit, aut fines impij p̄mouet. Quis pioz Chri stianos.

stianorum nō desinat nos maledictis lacessere, cōsiderans ad tot sumptus sustinēdos magnū oīno regri lucū. Qd' sane nobis inuidere nō debet, sed poti⁹ augere, aromata nīra carius emēdo (q̄j a nīris semp̄ viilius vēdita sint, q̄ oīi a ceteris natiōibus fuerūt) vt ea pecunia Maomethani de facie terrae (q̄n alij Christiūi prīcipes itē se dimicādo Christianā dīti onē neglectū hñt) delēat, et sacrosancta fides passi actute pdiceat. Hęc oīa si ille bon⁹ ac doct⁹ Pau. Io. sciuisset, nūq̄ aut de q̄stu nostro inuidiā mouisset, aut corrupta aromata p̄ integris vēdi asservisset, q̄ppe cū eidēto regis, placitisp̄ totius regni muci da, adulterinap̄ temp̄ clementē, id qd' dū puer ab int̄mis cubiculis prudētissimi Regis Emanuelis essem, sepius vidi Vlyssipponē fieri. Ceterz, si qua isti⁹ rei culpa ē, ea apud solos istos tabernarios, p̄ polas & institores heret, qbus nihil sancti, nisi qd' cū lucro cōiunctū est, in quos animaduertendū es set. Hęc si ei cōpta fuissent, nō nostras laudes axo sisset, sed benigna pdicatiōe celebrasset, qd' illi ob terissimā eloquentiā & facile, & expeditū fuisset. Hęc ad Diēn. oppugnationē, de nostre Lusitano rū gestis, meo aulico iūltoq̄ stylo ex tpe ob rei sa milia ris curā (in qua mō ȳ sari iēpicio) cōscripta, obiter adiecti, vt p̄ te (cuius amplitudo lūma ē) gratiā aliquā, & cōmendationē huic epistolæ cōciliarē, quo illa ex tua autoritate maiore vbiq̄ fidē emeretur. Vale ampliss. Cardinalis, & nos vt facis ama. Louanijs Non. Sept. an.a Christo nato. 1539.

S PETRI NAN
III ALCMARIANI ELEGIACVM
in Damiani a Goes equitis Lusitani vi
auti non minus humanitate q̄ lite
ris exculti commentarios, de
rebus citra Gangem
In India
gestis.
N on hic bella leges Italīs pugnata sub oris,
Aut quorum Thybris cōscius esse queat.
Non Europeis conserta hęc prælia campis,
Non cęde hac rubuit terra Lybīsa graui,
Non regna vlla Asiae stragē hāc videre cruētam,
Quęcumq̄ Euphrates, Tigris, Araxis obit.
Extra orbem est, quodcūq̄ leges tellure sub lipſa,
Qua parte Arctophylax sydera nulla tehet.
Feruet vbi astiū gelidissima bruma calore,
Atq̄ vbi sub Cancri sydere regnat hyems.
Hic Lusitani gens flumine diuīte diues,
Qucis Tagus auriferis fuluis inundat aquis.
Antipodas pariter, pariter Mahometia castra
Vicere, & viētis imposuere iugum.
Haec scire velis adeas Damianica scripta,
Singula nam pudent ordine gesta suo.
Nil ille adsingit, nil detrahit, omnia certa,
Nixa fide scriptis integer inseruit.

Ille.

Ille dñeum fraudes, & furti bella recenset,
Prelia per terras, naumachiasq; resert.
Quas habuit vires, quae pectora miles vterq;
Quæ forma armorum, militiq; genus.
Qui numer⁹ castris, quot in agmine quæc⁹ secuti,
Quæ pediū, & quoties prælia constiterint.
Quid cladem attulerit, qua resint parta trophyæ,
Singula per causas explicat ille suas:
Inde sit, ut discas bellare, haec bella legendō,
Et si pugnator, qui modo lector eras.
Haec ego lectori, tibi nunc loquor optimè Bembe,
Orbis honor, scelī gloria Bembe tui.
Quo viuo vniuit Cicerō post fata superstes,
Atq; ex ore tuo verba animata sonat.
Ille tuos artus vegetans, mentemq; sonumq;
Inspirans, solito detonat eloquio.
Hinc mihi Pythagoræ doctrina haud vana videt,
Qua docet alterius membra subire animam.
Ipse erat expertus, expertus & Ennius ipse,
Ille sui Euphorbi, Meonidae iste memor.
Tertius est testis Cicerō in te Bembe renatus,
Durum est tam sanctis credere nolle viris.
Frustra hoc abnucris, quod de te credimus oēs,
Tullius vt non sis, ne Cicerona sones:
Te tua vox prodit, frustraç⁹ modestia dotes
Dissimulat, soi lux sua semper adeſt,
Quod si te nolis totum Cicerona vocari,
Corpoſe ſis Bembus, Tullius ingenio.

De vuln.

De vultu Arpinas cuiem te vendicet, an non
Iudicet ex scriptis Tullius argueris.
Hoc quoq; testatur Damianus amicus amico,
Qui scatet eulogij plenus vbiq; tuis.
Ille tuos mores omni virtute beatos
Prædicat, & viuis pingit imaginibus.
Quæmodsto animo ſis hoc in cult⁹ rerum,
Quæ pura a vitijs pectora sancta geras.
Quæ facilis cunctis, doctos doctissimus ipſe
Quantum adames, quantū ſedulus vſq; iuues.
Cuncta docet, dignusq; fide ē, grauis autor, & ipſa
Non aliter de te publica fama canit.
Quod scribo ignoscas, huic me Damianus adegit,
Paruimus iuſſis, culpa mea obſequij eſt.
Noluit ille prius nostris obſistere votis,
Et facili noſtras audiſt aure preces.
Nō premere hūc librū, tenebrisq; addicere certus,
Admonitu noſtro deſtitit oculere.
Victus amore pudor, q; (vt ſcis) eſt magn⁹ in illo.
Indulſit nobis, morigeruſq; fuit.
Cūq; meo ſuauo ſua ſcripta haec publica fecit,
Scribere me illius par fuit arbitrio.

FINIS.



FINIS.

Et quidam metuens ea, fuit in spacio,
Inueniens eis, mortales esse homines, nescire.
Aproposito non desinatq[ue] certe,
Invenit p[er] nosq[ue] sanguinem, et perfidit nosq[ue].
Nam dicitur: Non debet perfidus certe,
Invenire sanguinem suum, ut perfidit nosq[ue].
P[ro]p[ter]a illa dicitur: Non debet perfidus certe,
Invenire sanguinem suum, ut perfidit nosq[ue].
P[ro]p[ter]a illa dicitur: Non debet perfidus certe,
Invenire sanguinem suum, ut perfidit nosq[ue].

2114